§. 1. Sin autem ex contractibus defuncti agatur contra possessorem hereditatis, vel ejus rei de qua agitur: si quidem, res sint, vel depositæ, vel commodatæ, vel pignori datæ, vel aliæ, quæ extant: non [1] differri sub prætextu hereditatis petitionis memoratum judicium: quemadmodum si pro fœneratæ pecuniæ, vel alia personali actione agatur contra possessorem, vel petitorem, non debet judicium differri, sed exitum suum accipere. Postquam enim hereditatis petitionis judicium finem accipiat: tunc inter petitorem hereditatis, & possessorem rationibus contractis, non aliter possessor, si victus fuerit, hereditatem restituere compellitur, nisi pro omnibus, quæ rite ab eo gesta sunt, petitor ei satisfaciat [2]. Quod si petitor victus fuerit, simili modo a possessore [3] judicis officio ei satisfiat, vel, si hoc fuerit prætermissum, negotiorum [4] gestorum, vel ex lege conditione [5]. §. 2. Sin autem libertates, vel a possessore, vel a petitore fideicommissariæ petantur, vel directæ ipso jure dicantur competere: annale [6] tantummodo spatium exspectetur a morte testatoris numerandum. Et si quidem hereditatis petitionis judicium intra id spatium terminum accipiat, secundum eventum judicii & libertates, vel effectum habeant, vel evanescant. Sin autem tempus annale emanaverit, tunc libertatis favore & humanitatis intuitu competant [7] quidem directæ libertates: ex fideicommissariis autem in libertatem servi eripiantur [8]: ita tamen, si non [9] falsum [10] testamentum approbetur: sub [11] ea scilicet conditione, ut, si actores sint, vel alias ratiociniis suppositi, etiam postquam perveniant in libertatem, necessitas eis imponatur res hereditarias & rationes reddere: jure patronatus videlicet competente ei [12] qui ex legibus ad id possit vocari.

§. 3. Illo (ne in posterum dubitetur) observando, ut [&] ipsa hereditatis petitio omnimodo bonæ [13] fidei judiciis connumeretur. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

TIT. XXXII.

DE REI [14] VINDICATIONE.

De mancipiis bona [1] vel mala fide possessis.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Cæciliæ.

ETiam per alienum servum bona [15] fide possessum, ex re ejus qui eum possidet, vel ex operis servi acquiri dominium, vel obligationem placuit. Quare si tu quoque bona fide possedisti eundem servum, & ex nummis tuis mancipia eo tempore comparavit, potes secundum juris formam uti defensionibus tuis. §. 1. Mancipium autem alienum mala [16] fide possidenti nihil potest acquirere: sed qui tenet, non tantum ipsum, sed etiam operas ejus necnon ancillarum partus [17], & animalium fœtus reddere cogitur. PP. 3. Non. Maji, *Eboraci* [18], FAUSTINO & RUFO CONSS. 211.

De ædificio.

2. Imp. ANTONINUS A. Aristæneto.

SI [19] inferiorem [20] partem ædificii, quæ solum contingit, ad te pertinere probare potes, eam quam vicinus [tuus] imposuit, accessisse dominio tuo non ambigitur. Sed & id [21], quod in solo [22] tuo ædificatum est, quoad in eadem causa manet, jure ad te pertinet [23]. Si vero fuerit dissolutum [24], ejus materia ad pristinum dominum redit: sive bona fide, sive mala [25] ædificium extructum sit: si [26] non donandi animo ædificia alieno solo imposita sint. PP. 12. Kal. Nov. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De venditione rei alienæ.

3. Imp. ALEXANDER A. Dominiæ.

MAtertina, vel maritus fundum tuum [27] invita, vel ignorante te vendere jure non [28] potuit: sed rem tuam a possessore vindicare etiam [29] non oblato pretio poteris. Sin autem postea [30] de [31] ea venditione consensisti, vel alio modo proprietatem ejus amisisti: adversus emptorem quidem nullam habes actionem: adversus [32] venditorem vero de pretio negotiorum gestorum actionem exercere non prohiberis. PP. 3. Kal. Nov. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

4. Imp. GORDIANUS A. Muniano militi Africæ.

ADversus eos, qui a malæ fidei possessoribus fundum bona fide comparaverunt, ita tibi actio competit, si prius [33] quam usucapionem [34] implerent, vel longæ possessionis præscriptionem adipiscerentur, dominium ad [35] te pervenerit. PP. 12. Kal. Novemb. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De mala fidei possessore.

5. Idem A. Herasiano.

DOmum [36] quam ex matris successione ad te pertinere, & ab adversa parte injuria occupatam esse ostendis [37] Præses provinciæ cum [37] pensionibus, quas percepit, aut percipere [38] poterat, & omni causa damni dati restitui jubebit. Ejus [39] autem, quod impendit, rationem haberi non [40] posse merito rescriptum est, cum mala fidei possessores, ejus, quod in rem alienam impendunt: non eorum negotium gerentes quorum res est, nullam habeant repetitionem, nisi [41] necessarios sumptus fecerint. Sin autem utiles: licentia eis permittitur sine [42] læsione prioris status rei eos auferre. PP. 2. Id. Feb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De rebus emptis ex pecunia deposita.

6. Idem A. Ustronio.

SI [ex] ea [43] pecunia, quam deposueras, is apud quem collocata fuerat, sibi possessiones comparavit, ipsique traditæ sunt, tibi vel omnes tradi, vel quasdam ex his compensationis causa ab invito eo in te transferri, injuriosum est. PP. 5. Id. Julii, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De partu ancillæ.

7. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS N. Cæs. Antonio.

PArtum [44] ancillæ matris sequi conditionem, nec statum patris in hac specie considerari, explorati juris est. PP. 13. Kal. Nov. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De re empta ex pecunia militis.

8. Idem A. & C. Philippo militi.

SI (ut proponis) pars adversa pecunia tua quædam nomine suo comparavit, Præses provinciæ utilem vindicationem obtentu militiæ [45] tibi eo nomine impertiri desideranti, partes æquitatis non negabit. Idem mandati quoque, seu negotiorum gestorum actionem inferenti tibi jurisdictionem præbebit. PP. 2. Non. Mart. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

De re dotali.

9. Impp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Antonio.

DOce ancillam, de qua supplicas, dotalem [46] fuisse [47], in notione Præsidis [48]: Quo patefacto, dubium non erit vindicari ab uxore tua nequivisse. PP. 3. Kal. Mart. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De servis, & de probationibus.

10. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Januario.

CUm super vernis mancipiis nulla instrumenta te habere adseveres, in judicio, in quo negotium cœptum esse proponitur, id, quod in precem contulisti, postulare debuisti. Judex enim non ignorat servorum dominia [49] etiam citra instrumentorum exhibitionem aliis probationibus, vel ipsorum interrogatione posse ostendi. PP. G. 2. Id. Februar. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De satis, de plantis.

11. Idem AA. & CC. Gallano.

SI quis sciens alienum agrum sevit [50], vel plantas [51] imposuit: postquam [hæ] radicibus terram fuerint amplexæ, solo cedere rationis est. Domini enim magis segetem, vel plantas, quam per hujusmodi factum solum humidum [52] esse, cum, qui bona fide possidens, hoc fecerit, per doli [52] mali excepti. Sane cum, qui bona fide possidens, hoc fecerit, per doli [52] mali excepti.

1 De exceptione, *ne fiat hereditati prejudicium.* vid. Rebuff. *tract. de except. n.* 585.
2 *L.* 4. §. *ead. l.* 39. §. 1. *ff. de damn. infect.* 3 Si de eo petitor possessorve judicem admoneat. 4 Si judicem non admoneat, & hereditatis nomine solverit de suo: quia verum hereden liberavit. 5 Si suo nomine solverit, quia etsi verum heredem liberavit, exceptione tamen is poterit se tueri adversus creditores. *l. si quid* 31. *ff. eod.* 6 Cur etiam legata non differuntur in annum? legatorum, quam libertatum facilior est repetitio. Tardo concedenda, quæ data non adimuntur. *Tacit.* 13.
7 Libertates directæ competunt: fideicommissariæ, debentur & præstantur. *l.* 36. *in fin. ff. ad leg. Falcid.* legata est directa pleraque præstantur, non competunt. *l. qui fundum* 87. §. *in* 3. *ff. ad l. Falcid.* 8 Eripi dicuntur in libertatem, quibus lex libertatem, quæ præstari debuit, repræsentat. 9 Quæ ex falso testamento repræsentata vel præstita est liberas, non revocatur. *l.* 47. *ff. de manumiss. testam.* fed non videtur legere præsentata ex testamento falso, quod nunquam fuit. 10 Cur non excipit etiam inofficiosum? fecundum *l. Papinian. in fin. ff. de inoffic. testam.* peritio hereditatis de inofficioso hoc titulo non continetur, quæ proprium jus habet, quia reicisoria. 11 Lex in repræsentanda libertate hanc injicit conditionem. 12 Id est, ei qui ex testamento, vel ab intestato præstare libertatem debuit, si fecundum eum pronunciatum fit. Cujac. *d. loco.* 13 Petitio hereditatis a Justiniano fit bonæ fidei. §. 28. *Inst. de act.* vid. Cujac. 3. *obf.* 17. id proprium est constitutionum. Idem 17. *obf.* 4.

14 6. D. 12. *C. Theod.* 23. Papon. 8. *Arrest.* 13. Goldendorp. *class.* 3. *act.* 2. Datur autem rei vindicatio domino directo, vel utili adversus possessorem. 15 *L.* 10. *l.* 23. *ff. de adquir. rer. dom. l.* 1. §. 6. *ff. de adquir. vel amitt. poss. Inst. per quas personas cuique. in princ.* §. 1. *Inst. per quas person. nob.* 16 *L.* 22. *ff. de adquir. rer. dom. l.* 1. §. 6. *ff. de adquir. vel amitt. poss. l.* 14. 1. 34. *in fin. ff. de stipu. serv.* 17 *L.* 20. §. 3. *ff. eod.*
18 Hoc anno Severus, autor hujus legis, vallum crebris turribus munitum in Britannia per centum triginta duo millia passuum de mari ad mare perduxit, ut partem provinciæ gravissimis præliis receptam securiorem faceret. Et hinc primum leguntur inscriptiones, quibus Severus appellatur *Britannicus* Max. Trib. Potest. 18. & Antoninus Britannicus & P. Sept. Geta Pius Augustus Britannicus, ex uno lapide, & altera parte victoriæ Britannæ. Calliodor. *in Chronico.* Beda *Hist. Ecclesiast.* 1. c. 5. Paulus Diaconus 8. c. 1. Spart. Herodian. Dion. *in Severo.*
19 *Syn. Basil.* 15. *tit.* 1. *c.* 84. 2. Harm. 1. §. 54. *c.* 55. 20 Pars superior ædificii cedit inferiori. vid. *l.* 28. *ff. de adquir. rer. dom.* 21 Ædificium solo cedit. vid. tamen exceptiones apud Socin. *reg.* 111. 22 Et re immobili. *l.* 2. *in fin.* §. *de servitutib.* Ædificium cedit solo. §. 29. *Instit. de rer. divisi.* 23 An expensas deducit qui ædificavit? ita judicatum a senatu Parisiensi refert Lucius 11. *Placit.* 16. *Arrest.* 2. & Bugnon. *in legib. abrogatis.*
24 Soluto ædificio, materia redit ad priorem dominum. *d.* §. 29. 25 Imo diruto ædificio non fit ejus materia. *l.* 7. §. 12. *ff. de adq. rer. dom.* vid. quæ not. *ad l.* 38. *ff. de her. pet.* adde Molin. *in consuet. Paris. tit.* 1. *gl.* 5. *n.* 101. *ad* 110. Cujac. 10. *obs.* 1. 13 *obs.* 6.
26 Id non præsumitur, nisi probetur. adde *l.* 14. *ff. de donat.* 27 Vid. *tit.* §. *de reb. alien. non alien.* 28 *L.* 11. *ff. de reg. jur. l.* 4. §. *de reb. alien. non alien.*

ptionem contra vindicantem dominium servare sumptus, juris auctoritate significatum est. Dat. Kal. Mart. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De ancilla vendita, & partu ejus.

12. Iidem AA. & CC. Alexandro.

INcivile [1] atque inusitatum est, quod postulas, ut mancipium, quod tradidisti, & eo [2] modo dominium ejus transtulisti, invito eo, ex nostro rescripto [3] tibi assignetur [4]: Unde intelligis, ancillæ semel emptoris factæ filios etiam postea natos, ejus [5] dominium sequi, cujus mater eorum eo tempore fuerit. Sane de pretio [6], si non hoc ante probatum fuerit te recepisse, conveni adversarium tuum. G. Id. April. AA. CONSS. 293.

De judicio possessorio & petitorio.

13. Iidem AA. & CC. Cytichio.

ORdinarii juris est, ut, mancipiorum orta quæstione, prius exhibitis mancipiis [7] de [8] possessione judicetur, ac tunc demum proprietatis causa ab eodem judice decidatur. Dat. Id. April. AA. CONSS. 293.

De domo filii empta a matre.

14. Iidem AA. & CC. Septianæ.

CUm [9] a matre domum filii, te sciente, comparasse proponas, adversus eum dominium vindicantem, si matri non [10] successit [11], nulla te exceptione tueri potes. Quod si venditicis obtinet hereditatem, doli mali exceptione, pro [12] qua portione ad eum hereditas pertinet, uti non prohiberis. Dat. 3. Kal. Jul. AA. CONSS. 293.

De duobus emptoribus in solidum.

15. Iidem AA. & CC. Aureliæ Philoxenæ.

QUotiens [13] duobus in solidum prædium jure distrahitur: manifesti juris est, eum, cui priori traditum est, in derinendo dominio esse potiorem [14]. Si igitur antecedente [15] tempore te possessionem emisse, ac pretium exolvisse apud Præsidem provinciæ probaveris: obtentu [16] non datorum instrumentorum expelli te [a] possessione non patietur. Erit sane in arbitrio [17] tuo, pretium, quod dedisti, cum usuris recipere: ita tamen, ut perceptorum fructuum ac sumptuum ratio habeatur: cum, & si ex causa donationis [18] utrique dominium rei vindicetis; eum cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorem conveniat. Dat. 2. Kal. Octob. AA. CONSS. 293.

De ædificato in area communi.

16. Iidem AA. & CC. Januario.

SI in area communi [19] domum aliquis extruxit, hanc vobis communem juris fecit ratio: cujus portionem ab eo, qui bona fide possidens ædificavit, si velis vindicare, sumptus offerre debes, ne doli mali possis exceptione submoveri. Dat. Id. Novemb. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De eo, cui a domino denunciatum est, ne emeret.

17. Iidem AA. & CC. Sabino, & aliis.

SI [20] fundum vestrum, vobis per denunciationem [21] admonentibus volentem ad emptionem accedere, quod distrahentis non fuerit, non recte is, contra quem preces funditis, comparavit, vel alio modo mala fide contraxit, tam fundum vestrum constitutum probantibus, quam fructus [22], quos eum mala fide percepisse [23] fuerit probatum, aditus Præses provinciæ restitui jubebit. Dat. 12. Kal. Decemb. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De errore.

18. Iidem AA. & CC. Claro.

RE [24] tua apud alium manente, proprietatis error [25] nihil tibi nocere potuit: nisi alia contra te causa intervenerit. G. 3. Kal. Jan. AA. CONSS. 293.

De probationibus.

19. Iidem AA. & CC. Callistrato.

INdicia [26] certa [27], quæ jure non respuuntur, non minorem probationis, quam instrumenta, continent fidem [28]: Quo jure, si de proprietate domus ambigis, negotiumque integrum est, uti non prohiberis. G. 2. Kal. Jan. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

Si servus detineat.

20. Iidem AA. & CC. Quartillæ.

NOn servum [29], quem res tuas detinere adseveras, sed ejus dominum [30] de rebus repetendis conveniendum esse perspicis. G. Kal. Mart. CC. CONSS. 293.

De in litem jurando.

21. Iidem AA. & CC. Hierocli.

A Possidentibus vindicata mancipia, quorum dominium ad vos pertinere intenditis, si [31], posteaquam impleveritis intentionem, hæc non restituantur, jurisjurandi [32] solennitate secuta condemnatio procedere debet. Petita, 6. Id. Octob. CC. CONSS. 294.

De fructibus.

22. Iidem AA. & CC. Diodotæ.

CErtum est, malæ fidei possessores omnes [33] fructus solere cum ipsa re præstare: bonæ fidei vero, extantes [34]: post autem litis contestationem, universos. Dat. 3. Kal. Novemb. CC. CONSS. 294.

l. 48. *ff. eod.* 1 *Syn. Basil.* 15. *tit.* 1. *c.* 92. 2 Traditione dominium transfertur. *l.* 20 §. *de pactis.* vid. *l.* 9. §. 3. *ff. de adquir. rer. dom.* 3 Vid. *l.* 35. §. *de donat.* Alienatio seu res vendita non revocatur ex rescripto, licet agi possit ad pretium solutum. *Syn. Basil. ibid.*
4 Molinæus *ad rubr. de verb. oblig. cap.* 58. Mod. 5 Vid. *lib.* 7. §. *eod. l. ult. ff. de adquir. rer. dom.* 6 Nondum tibi numerato, ut quia emptori fidem habuisti de pretio. vid. *l.* 19. *ff. de contrahend. empt.* §. 41. *Inst. de rer. divis.* vid. Wurmser. 1. *pract.* 31. *c.* 3.
7 De quo Vaconius *l.* 2. *declarat.* 44. Menochius *de arbitr. jud. cas.* 371. Berojus *quæst.* 23. Mod.
8 Possessorium præfertur petitorio. vid. *l.* 3. §. *de interdict.* 9 Rem alienam comparans rei vindicatione tenetur. Quid si rei dominus venditori successit? pro qua parte heres est, ratam venditionem habere cogitur. *Synops. eod. c.* 94. Harm. 3. *tit.* 3. §. 99.
10 Fundi dominus, ejusdem venditori succedens, facto ejus obligatur: aliud si non succedit. *l.* 3. *Th. de reb. alien. non alienand. l.* 14. §. *de evictionib. l.* 15. *l.* 24. §. *de donat. l.* 73. *ff. de evictionib. l.* 1. §. 1. *ff. de except. res vend. l.* 149. *ff. de reg. jur.* & ita heres factum defuncti improbare non potest. 2. *Fend.* 58. §. 2. 11 Filius non potest venire contra factum defuncti. Cravetta *consil.* 200. Jason *ad l. fin.* §. *in computatione n.* 9. *cum sequent.* §. *de jure deliberandi.* Curtius Senens. *consil.* 1. *col. fin. in fin.* Grammaticus *decis.* 93. *num.* 8. Bartolus *ad l.* 2. §. *in fraud. patr.* Parisiensis *cons.* 33. *n.* 95. *cum seq.* 13. Dec. *ad l. si debitori.* 1. *limit.* §. *de pactis.* Ait. Pinell. *in repetit. ad l.* 1. §. *de bon. matern. in* 3. *part. n.* 81. & *seq.* Socinus junior *consil.* 12. *n.* 11. *l.* 2. Tiraquellus *de utroque retractu tit.* 1. §. 1. *glos.* 9. *n.* 47. & *seq. cit.* §. 57. Mod.
12 Vide quæ not. *ad l.* 56. §. 1. *ff. de verb. oblig.* 13 *L.* 4. *C. Greg.* *eod.* Prior in traditione emptor vel donatarius, potior est in dominio rei: etsi neque pretium solvit, neque instrumenta rei consecutus est. *Synop. Basil.* 15. *tit.* 1. περὶ πωλήσεως & ὃν πρότερον ἔχουσι, id est, de prædio duobus vendito, *c.* 95. 3. Harm. 3. §. 93. Paul. 5. *sentent.* 11. §. 4. Goth. Idem in Emphyteuti & feudo. Valase. *de jure Emphyteut. quæst.* 14. *n.* 7. Exceptio est in iis casibus, ubi dominium sine ulla traditione acquiritur. Et in quid prius Ecclesiæ vendatur, & postea alteri idem simul vendatur & tradatur: potior erit Ecclesia. Idem in civitate. *l. ult.* §. *de Sacrosanct. Eccles.* Covarruv. 2. *resolut.* 19. *n.* 1. *cum seqq.* Gail. *lib.* 2. *obs.* 55. Idem jure Canonico in beneficiis constitutum. *cap. Tibi. de rescript. in* 6. *cap. Si tibi absenti. de prebend. & dignit. in* 6. Et Principis concessio prima præfertur posteriori. *l. prædia.* 7. *de locat. prad. civil. l.* 11. *r.* 70. Ant. 14 Ad confirmationem & extensionem eorum, quæ ad hanc legem adnotavit Gothofredus, vide Gomesium *variar. resolut. cap.* 20. *num.* 2. *cap.* 2. *num.* 20. Gutérium 1. *pract. resolution. cap.* 20. Joan. Aurpachium *lib.* 2. *epist. Jurid. cap.* 8. Fileum *quæst.* 22. Scion. *reg.* 118. Guidon. Pap. *decis.* 22. & *decis.* 509. Decium *ad Reg. Contractus. n.* 15. *de reg. jur. & consil.* 247. Aretin. *ad* §. *actionum. col.* 11. *Instit. de action.* Paris. *consil.* 1. *num.* 106. *lib.* 1. Jasonem *ad l. fin. num.* 29. & *seqq.* §. *de sacros. eccles.* Hippolytum *singul.* 82. Alexandrum *consil.* 122. *num.* 3. *lib.* 5. Baldum *consil.* 39. Socin. jun. *consil.* 93. & *seq. lib.* 2. Antonium Negusantium *in tract. de pignor. & hypothec.* 1. *membr.* 5. *part. num.* 46. *in* 9. *col.* Covarruvian *in tract. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 1. *cum seqq.* & *ad cap. quamvis. de pacti. lib.* 6. *part.* 1. §. 4. *n.* 2. Cephal. *consil.* 97. *num.* 2. 1. *part.* & *cons.* 147. *num.* 11. & 18. Emanuel. Soares. *in thesauro recept. sentent. publicat. L. n.* 154. *cum seqq.* Mod. 15 Aurelia Philoxena prior rem emerat, pretium solverat, traditione fundum acceperat, nondum tamen instrumentum fundi receperat. Quid juris in re sibi vendita habeat quæri potest? Erit in ejus arbitrio fundum retinere: vel pretium quod dedit cum usuris recipere, & fructus cum sumptibus compensare. Rede dixi, retinere. Nam is, cui prior tradita est possessio, potior est. 16 Duobus si res simul vendita est, vel ab uno, duobusve non dominis (*l.* 9. §. 4. *ff. de Public. in rem.* cui tamen opponitur lex 14. *ff. quæ pignor.* 1. 31. *in fin. ff. de act. empt.*) vel a vero rei domino, in eius rei dominio præferendus is erit, cui res prius erit tradita, §. *eod.* adde *l.* 98. *ff. de reg. jur.* Sin diversis temporibus, qui prior traditione fuerit, licet emptione posterior, is potior est. pure potior. *l.* 6. *T. de hered. vel action. vendit.* Nec interest eo casu, versus dominus rei distrahat, an non dominus. *l.* 9. §. 4. *ff. de Public. in rem.* Quid si duobus simul vendita est, fed tamen res uni tradita, alteri vero ejus instrumentum, quis potior? An is, qui rem accepit, an qui instrumentum? Utique is qui rem accepit: & hic sensus genuinus videtur hujus legis, quem & Greci confirmant. *Synop.* & Harm. *d. loco.* Quod etiam oltenfum legis hujusce principio: nisi & rem ipsam, quasi ante subjecti. Alium tamen vid. apud Cujac. 18. *obs.* 31. Causa dubitandi nascitur ex *l.* 1. §. *de donat.* in qua tradito instrumento, res ipsa centetur tradita. Quid si Titius nondum rei dominus rem tibi tradidit: Factus postea dominus, eandem alteri vendidit? Tunc illo potior, ut in transferendo dominio magis traditio tibi facta a venditore, quam dominium rei venditæ competens ei spectetur? Utique tu potior es. *l.* 72. *ff. h. t.* Quid si mihi a non domino res sit vendita & tradita: tibi a domino eadem vendita sit nec tradita? tu potior. *l.* 31. *in fin. ff. de act. empt.* Quid si duobus donata? *ut* §. *ead.* Quid si duobus locata? vid. quæ fcripsi ad *l.* 9. §. *de locat.* Quid si duobus pignorata? Contrarium jus est: semper enim potior est is in pignore, cum quo primum de pignore convenit. Nec haberur ratio traditionis prioris factæ vel creditori vel emptori. *l.* 12. *in fin. l.* 14. *ff. qui potiores.*

Cur tam varie? Pignus solo consensu contrahitur. *l.* 4. *ff. de pignoribus & hypoth.* dominia vero non consensu, sed traditionibus transferuntur. *l.* 20. §. *de pactis.* Ideoque in pignoribus consensus, non traditionis: in dominiis vero traditionis, non conventionis tempus spectatur. *l.* 3. §. *qui potiores.* Estne perpetuo verum in dominii causa, eum cui res prius tradita est, potiorem esse? non est verum. Quid enim si scivit rem esse jam venditam? Roland. a Valle 1. *cons.* 9. *num.* 27. Quid si res primo emptori vendita fuerit cum hypotheca sine traditione? Tiraquellus *de retractu conventional.* 6. 3. *num.* 5. Quid si priori jus quæsitum est a Notario? hoc enim casu volunt interpretes adquiri priori actionem ipso jure, sine cessione. vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 19. *num.* 16. *& seq.* Idem dicendum, si res vendita sit Ecclesiæ. *l. ult.* §. *de sacros. Eccles.* Alias exceptiones adde ex Socino *reg.* 118. Limita quoque hanc regulam in feudis, in persona Ecclesiastica vendente: Item, quoties venditor prioris emptoris nomine constituit se precario possidere, vel si res vendita sit personæ privilegiatæ: quales Ecclesiam esse, & ecclesiasticam personam, & Christi pauperes, notat Marsilius *singulari* 82. 17 Re duobus vendita, in ejus cui ea tradita est arbitrio positum est, eam vel retinere vel restituere. Postremo casu: ut pretium, ejusque usuras, & sumptus poteit petere: ita fructus ex re percepitos venditori restituit. 18 Vid. Paul. 5. *sentent.* 11. §. 4. *l. penult. Cod. Gregorian. de donationib.* Cujac. *ibi:* & *ad l.* 6. *ff. de diverf. tempor. præscript.* 9. *ad Afr. in fin.*
19 Quod in communi fundo focius ædificat, commune facit: fumptus tamen partem a fodomino denunciante ne emeret, fundum una cum fructibus restituere cogitur. *Synop. eod. cap.* 97. 21 Vid. *l.* 10. §. 3. *ff. quæ in fraud. cred.* 22 *L.* 5. §. *eod.* 23 Et de his etiam tenetur, quos percipere potuit. *l.* 1. *in fin.* §. *de fide & jure hastæ.* 24 Dominium rei cum apud aliquem manet, error nihil obest. *Synop. Basil.* 15. *tit.* 1. περὶ πράσεως. *cap.* 64.
25 Qui rem fuam ignorans conducit, vel pignori accipit, ejus dominium non abjurat. *l.* 29. *in fin.* §. *de transact. l.* 2. §. *comm. divid. l.* 23. *l.* 23. *in fin.* §. *de locato. l.* 7. *in fin. ff. de reficiendend. vendit. l.* 35. *ff. de adquir. rer. dom.* 26 Indicium (probationis est species a judice admittenda) dominium probat. An qualecunque? Minime, sed si certum indicium fuerit, *ut hic:* ad probationem indubitatum. *l. ult.* §. *de probat.* argumentum liquidum. *l.* 2. *in fin.* §. *de in litem jurando.* 27 Cæteraque quæ jure, &c. *fint.* Poteit etiam tolerari hæc lectio. *l.* 1. §. *de fide instrum.* 28 In hac materia vide diligenter Parisiens. *consil.* 1. 104. *num.* 102. *lib.* 1. & prius etiam *consil.* 17. Bald. *ad l. sive possidetis. de probat.* Salycet. plenissime *ad l. fin. num.* 6. *cum seqq. de quæstionib.* Innocent. *ad c. sicut. extr. de simonia.* Bald. & Imol. *ad l. fin. ff. de hereditb. instituend. & ad l. fin. de probat.* Rom. *cons.* 451. Castrens. 97. Cæpoll. *cons.* 27. & 38. Alexand. *cons.* 40. Mod. 29 Servus detinens res alienas, non ipse conventur: sed ejus dominus. 30 Servus rem meam detinens non conventur: sed ejus dominus. 31 *L.* 2. *de probat.* 32 Adversus eum, qui rem vindicatam non restituit, jurat dominus in litem. *l.* 1. 2. *ff.* & *T. de in litem jurando.* 33 Pura naturales, industriales. *l.* 48. *ff. de adquir. rer.* pendentes. *l.* 44. *ff. de rei vind.* extantes. *l.* 22. §. 2. *ff. de pignorat. action.* perceptos, sive sint, sive non sint consumpti. §. 35. *Inst. de rer. divis.* quos percipere potuit. *l.* 1. *in fin.* §. *de fide & jure hastæ.* §. 2. *Instit. de off. jud.* ante & post litem contestatam. *l.* 1. *in fin.* §. *de petit. hered.* omnes denique. *l.* 25. *ff. de usuris.* Sed tamen expensæ in colligendis fructibus factæ eire fit inuntur, ut & omnes sumptus, quibus res ipsa facta est melior. vid. quæ scripsi ad *l.* 38. *ff. de petit. hered.* 34 Lex est difficilis, si quæ hoc titulo alia. Contrarias sententias ita conciliabo paucis. Bonæ fidei possessor fructus extantes. *ut hic:* stantes. *l.* 27. *in princ. ff. de usufruct. & quemadmod.* pendentes. *l.* 44. *ff. de re vindic.* restituit. vid. quæ notavi ad *l.* 8. *in fin. ff. de annuis & mensit.* at non eos quos percipere potuit. §. 2. *Instit. de offic. jud.* hoc sit dictum generaliter. Si magis specialia quæremus: Naturales jam consumptos suos facit, & ita *l.* 48. *ff. de adquir. rer. dom.* accipe, quæ ait bonæ fidei possessorem suos facere, non modo artificiales, sed omnes (eam tamen vocem nota a quibusdam referri ad fructus ab alio laros alterius opera provenientes) sed cum Jurisconsultus particularem omnes opponat industrialibus, necesse est ea intelligi naturales: Naturales enim artificialibus opponuntur non fati, nisi locupletior factus sit: & huc etiam refer *legem* 1. §. 1. §. *de petit. hered.* Naturales vero perceptos tantum, nondum tamen consumptos, suos non facit: ad hunc casum refer *legem* 45. *in fin. ff. de usur.* Quid artificiales quos cultura & cura. §. 35. *Inst. de rer. divis.* diligentia & opera. *l.* 48. *ff. de acquir. rer. dom.* fachoque suo percepit. *l.* 45. *in fin. ff. de usur.* eos lucratur: etiam simul atque a fodo separati sunt. *l.* 78. *ff. eod. l.* 48. *ff. de adquir. rer. dom.* neque refert a quo separati sint. Satis est enim, ut quoquo modo fuerint a solo separati. *l.* 25. §. 1. *in fin. ff. de usur.* Quid si a solo separavit fructus ab aliquo tertio fatos? idem dicendum fuerit. *l.* 25. §. 1. *ff. de usuris.* Et hæc quidem de fructibus perceptis ante litis contestationem. Post litis vero contestationem perceptos universos restituit, *ut hic, l.* 1. *in fin.* §. *de petit. hered.* Quid? superiori sententia num intelligimus fructus dotis marriti fieri, simul atque percepti sunt? Minime. Dividuntur enim soluto matrimonio inter maritum & uxorem, ejusve heredes pro rata temporis, quo matrimonium constitit. *l.* 7. §. 1. *ff.*

Si emptor conveniatur.

23. Iidem A A. & CC. Magnifero.

SI [1] mancipium tuum per vim, vel furtum ablatum, alii ex nulla justa causa distraxerunt, vindicanti tibi dominium solvendi [2] pretii nulla necessitas irrogetur. 10. Kal. Decemb. CC. CONSS. 294.

De possessione sine justo titulo.

24. Iidem AA. & CC. Juliano.

NUllo [3] justo titulo præcedente possidentes, ratio juris quærere dominium prohibet. Idcirco cum etiam usucapio [4] cesset, intentio dominii nunquam absumitur: Unde hoc casu postliminio [5] reverso citra beneficium actionis [6] rescissoriæ directa permanet integra vindicatio. G. 10. Kal. Decemb. CC. CONSS. 294.

De pensionibus rei pro alio solutis.

25. Iidem A A. & CC. Eugnomio.

SOlennibus [7] pensionibus rei pro alio satisfacientem, non interveniente venditione, solutionis [8] causa minime dominum facit. Dat. 16. Kal. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De litis contestatione.

26. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

MOræ litis causam possessoris non instruunt ad inducendam longæ possessionis præscriptionem [9], quæ [10] post litem contestatam in [11] præteritum æstimatur. Dat. Idib. Decemb. CC. CONSS. 294.

De emptore.

27. Iidem AA. & CC. Philadelpho.

SEtvum emptor non traditum sibi præsentem [12] vindicare non potest [13]. G. 12. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De probatione.

28. Iidem AA. & CC. Sopatro.

RES alienas possidens, licet justam tenendi causam nullam habeat, non [14] nisi suam intentionem implenti restituere cogitur [15]. Dat. 8. Kal. Jan. CC. CONSS. 294.

TIT. XXXIII.

DE USUFRUCTU [16] ET HABITATIONE [17], ET MINISTERIO SERVORUM [18].

De usufructu. De cautione ab usufructuario præstanda.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Posidonio.

SIusfructus omnium bonorum testamento uxoris marito relictus est: quamvis cautionem [19] a te prohibuerit [20] exigi, [tamen] non aliter a debitoribus solutam pecuniam accipere poteris, quam oblata secundum formam Senatusconsulti cautione. PP. G. Kal. Octob. ANULINO & FRONTONE CONSS. 200.

De obligatione proprietatis.

2. Iidem AA. Felici.

VErbis testamenti, quæ precibus inseruisti, usumfructum legatum tibi animadvertimus. Quæ res non impedit proprietatis [21] dominum obligare creditori proprietatem, manente scilicet integro usufructu tui juris. PP. 6. Id. Maji, ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

De morte usufructuarii. 1. vel proprietarii.

3. Imp. ANTONINUS A. Antoniano.

SI patri [22] tuo usufructus legatus est, defuncto eo nihil ad te pertinet, cum morte [23] ejus, cui fuerat legatus, vel alio modo acquisitus, ad proprietatem regredi soleat. §. 1. Usufructuario autem superstite, licet [24] dominus proprietatis rebus humanis eximatur, jus utendi fruendi non tollitur. PP. 3. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De cautione ab usufructuario præstanda.

4. Imp. ALEXANDER A. Verbicio.

USufructu constituto, consequens est, ut satisdatio boni [25] viri arbitratu præbeatur ab eo, ad quem id commodum pervenit, *quod nullam læsionem ex usu proprietati adferat.* Nec [26] interest, sive [27] ex testamento, sive ex voluntario contractu usufructus constitutus est. PP. G. Id. Mart. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De fructibus post finitum usumfructum perceptis.

5. Idem A. Evocato & aliis.

SI pater usumfructum prædiorum in [28] tempus vestræ pubertatis matri vestræ reliquit: finito usufructu postquam vos adolevistis, posterioris temporis fructus perceptos ab ea repetere potestis, quos nulla ratione sciens de [29] alieno percepit. PP. Kal. April. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De marito oppignorante.

6. Idem A. Stratonicæ.

INterest, usumfructum solum maritus tuus in dotem acceperit, an proprietas quidem doti data sit, verum pactum intercessit, *ut moriente eo tibi eadem possessio* [30] *redderetur*: nam [31] usufructuarius quidem proprietatem pignorare [32] non potuit: qui autem proprietatem æstimatam [33] in dotem accepit, non ideo minus obligare eam potuit: quoniam soluto matrimonio restituenda tibi æstimatio ejus fuit. PP. Kalend. Jul. AGRICOLA, & CLEMENTINO CONSS. 231.

De impensis.

7. Imp. GORDIANUS A. Ulpiano militi.

EUm, ad quem usufructus pertinet, sarta [34] tecta [35] suis sumptibus præstare debere, explorati juris est. Proinde si [36] quid ultra [37] quam impendi debeat, erogatum potes docere, solenniter reposces [38]. PP. Kal. Febr. ARIANO & PAPO CONSS. 244.

De temporis præscriptione.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Etheroni.

NEque fructuarium [39] ad obtinendam proprietatem rerum, quarum usumfructum habet, neque successores ejus, ulla temporis ex ea causa tenentes præscriptio munit. 6. Kal. Jul. AA. CONSS. 293.

De jure alienandi vel manumittendi. De ministerio servorum relicto.

9. Iidem AA. & CC. Auxanufæ.

USufructu matri tuæ prædiorum, & mancipiorum relicto, tam alienatio [40] quam manumissio [41] interdicta est. Sane mancipia, quorum testamento ministerium [42] matri relictum est, cum in his dominium non habeat, nec tradendo cuiquam, nec manumittendo ad testatoris heredem pertinentia, quicquam facit. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS. 293.

De morte ejus, quæ usumfructum conduxit.

10. Iidem AA. & CC. Pomponio.

SI domina proprietatis uxori tuæ usumfructum locavit sub certa annua præstatione: morte [43] conductricis, ei quæ locavit, etiam utendi fruendi causa non est deneganda. 13. Kal. Jan. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

fetus. matrim. 1 Vindicare rem suam vi vel furto ablatam dominus potest etiam pretio rei possessori non restituto, *ut hic*, adde *Synopf. Basilic.* 15. *tit.* 1. *cap.* 103.
2 Qui res alienas possidens, licet justam tenendi causam nullam habeat, non *teneri dom.* 1. *in fin.* ff. *de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* adde *speciem legis* 32. §. 4. *ff. de admin. & peric. tut.* vide tamen exceptiones apud Scotanum *rev.* 439.
3 Titulus injustus usucapienti adconditionem vel dominium non confert. Injusto titulo nec usucapimus, nec dominium adquirimus, *l.* 7. ff. *de adquir. vel amitt. possess. l. ult.* ff. *ne de statu defunct.*
4 Prohibita usucapio dominium rei non absumit.
5 Cujacius hinc adversus Goveanum colligit, absentibus Reipublicæ causa actionem rescissoriam dari. 7. *obs.* 31.
6 Vid. *l.* 18. ff. *de postliminio reversis.* Actio rescissoria, directæ subsidiaria, hæc ubi competit, illi non est necessaria.
7 Dominium rei non hoc solo adquirimus, quod pro re aut ei nominæ pensiones publicas solvimus; sed tum demum cum res nobis erit vendita. *ut hic. Synopsis eod. cap.* 105. Atque solvimus: sed tum demum cum res nobis erit vendita. *ut hic. Synopsis eod. cap.* 105. Atque ita, qui pro re aliena pensiones publicas solvit, non interveniente venditione dominium non adquirit.
8 Qui ab aliquo pensionem vel censum, rei alicujus nomine percipit, non recentinuo eum facit rei dominum esse.
9 Contra hoc, quod hinc vulgo communiter colligitur, præsumptionem longi temporis per litis contestationem interrumpi, vide Socinum *rez.* 304. Annibal. de Cano *ad. naturaliter. ff. de usucap. n.* 260. Mod.
10 Litis contestatio præscriptionem futuram impedit, non præteritam. adde *l.* 10. *in fin.* ff. *de adquir. vel amitt. possess.* vide ad hunc locum Socinum *rez.* 304.
11 *L.* 10. *in fin.* ff. *de præscript. longi temporis.*
12 Non si res præsens tibi vendita est, ideo tibi censetur tradita. Aliud est enim rem tibi præsentem tempore venditionis esse, aliud rem ipsam tibi tradi. Rei traditio dominium transfert, non sola rei præsentia. adde *l.* 8. ff. *de act. empt.* ergo sola traditio non usucapio dominium transferet? Minime. *l.* 20. §. *de pathis.* Num id in causa traditionis requiritur semper ut reais traditio facta sit? ne id quidem. dixi ad *l.* 15. §. *ead.* adde quæ notavi ad *l.* 1. §. 21. *l.* 3. §. 1. ff. *de adquir. vel amitt. possess.*
13 Quod & in aliis omnibus rebusobtinet. Emptor enim sit dominus, non per conventionem, sed per traditionem. *Synopf. Basil.* 15. *tit.* 8. *cap.* 107. 3. Harmen. 3. §. 18. adde *l.* 50. ff. *eod. t.* 40. ff. *de act. empt.*
14 Non quod meum non sit, ftatim mum est: nec id ut tuum potes vindicare. *l.* 4. §. *de edend. Theod.* §. 2. *de act.* Harmen. 2. §. 49. Nam adversus extraneos etiam vittosa possessio prodesse solet. *l. ult.* ff. *de adquir. vel amitt. possess.* §. 4. *Inst. de interdictis.*
15 Nisi præstanæ causa, ut in specie. *l.* 1. ff. *nis possidetis. l.* 5. §. 1. ff. *ut legator. seu fideicomm. l.* 2. *in fin.* ff. *de evicat. l.* 6. *in fin.* ff. *de Carbonianoedicto. Newell.* 18. *t.* 10.
16 7. D. 1. 2. 3. 4. 5. 6. §. 6. 7. 2. *Inst.* 4. Oldend. *Class.* 3. *act.* 6.
17 7. D. 8. & 2. *Inst.* 5. *t.* 11. *l.* 13. ff. *eod.*
18 7. D. 7. adde *l.* 9. ff. *eod.*
19 Testator non potest remittere legatario usufructus cautionem de utendo fruendo ex bona fide. *l.* 4. ff. *eod. t.* 7. ff. *usufructuarius legat. l.* 2. ff. *usufruct. quemadmod. cav.* Eamque opinionem communem esse refert Clarus 3. *sentent.* 5. *instam. quæst.* 64. idque favore heredis recepitum, ne legatarius utenti male prabeatur occasio, & consequenter delinquendi. vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 92. *num.* 1. 2. Quod etiam locum habere, non modo in immobilium, sed & mobilium usufructu adversus Petrum & Guidonem Papæ, *cons.* 6. 3. Clarus refert *d. loco*, nullum juris textum allegat, quem tamen offendes, *in l.* 1. §. 1. ff. *usufruct. quemadmod. cav. l.* 6. ff. *ut in possess. legat.* Aliud erit, si quis omnia bona reservato usufructu donaverit. Eo enim casu donatarius ad cautionem præstandam non cogitur. Aliud etiam fuerit in vasullo, quem dominus de usufructu invehivit aliquo, & hos duos casus excipi Mynningerus ait 5. *observ.* 38. Idem dicendum, si certum sit proprietatem ad fructuarium certo rediturum: veluti si testator potestatem ei fecerit res fructuarias non restituendi. vid. Josephum Ludovicum 2. *decis.* 61. *num.* 33. Quid? heres hujusmodi cautionem potestne remittere? posse videtur. *arg. l.* 71. ff. *ad leg. Falcid. in fin.* Quæritur amplius, nunl testator remittere usufructuario cautelam cautionem inventaria ponit? Joannes Ancharanus non posse exiliumat. 3. *quæst. l.* 22. *num.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *l.* 1. §. 4. ff. *usufr. quemadm. cav.* Roland. a Valle 1. *cons.* 92. *num.* 5. & tamen inventarii remitti necessitas poteit tuori. vid. *quæst.* ff. *de arbitrium tutela. & l.* 55. ff. *de legat.* 1. ubi plura *L.* 10. 12. 16. 1. & *l.* 3. *in fin.* ff. *eod.* vid. *l.* 3. *in fin.* ff. *quib. mod. usufruct. vel usus amitt. l.* 8. ff. *de annuis & mensir. legat. l.* 22. *l.* 29. ff. *de usu & usufruct. leg.* §. 3. *Inst. de usufruct.*
20 In usufructu amittendo mors non debitoris, sed ejus, cui debetur, spectatur. adde *l.* 8.
21 Dominium rei non hoc solo adquirimus, quod pro re aliena pensiones publicas solvimus. *ut hic. Synopsis eod. cap.* 105. Atque solvimus: sed tum demum cum res nobis erit vendita. *ut hic. Synopsis eod. cap.* 105. Atque ita, qui pro re aliena pensiones publicas solvit, non interveniente venditione dominium non adquirit.
22 Patris usufructus non transit ad filium, quantumvis patris sui heredem.
23 *L.* 10. 12. 16. 1. & *l.* 3. *in fin.* ff. *eod.* vid. *l.* 3. *in fin.* ff. *quib. mod. usufruct. vel usus amitt. l.* 8. ff. *de annuis & mensir. legat. l.* 22. *l.* 29. ff. *de usu & usufruct. leg.* §. 3. *Inst. de usufruct.*
24 In usufructu amittendo mors non debitoris, sed ejus, cui debetur, spectatur. adde *l.* 8.
25 Dixi *ad l.* 1. §. *ead. l.* 13. ff. *ead.* adde Faul. 1. *sentent. in fin.* ff. *de pericul. & comm.*
26 Vid. *l.* 13. *in fin.* ff. *eod. t.* 1. §. 2. ff. *usufr.*
27 Usufructus constitui vel testamento, vel contractu potest. *l.* 8. *in fin.* ff. *de peric. & comm.*
28 Usufructus ad certum tempus constitui potest. *l.* 12. *vers. Sin autem talis.* 1. *ead. l.* 3. ff. *quib. mod. usufruct.*
29 Qui finito usufructu fructus percipit, alieno non suo nomine fruitur.
30 Ejusdem æstimatio. Cujac. *ad l.* 9. ff. *de fundo dotali.* 9. *ad Afric. fol.* 204.
31 Id est, priore casu.
32 Usufructuarius proprietatem pignorare non potest.
33 Proprietatem vendere, vel eam æstimatam dare, paria. Qui alterutro titulo rem accipit, eam pignorare potest.
34 Vid. *l.* 7. §. 2. ff. *de usufr. & quemadm.*
35 Τὰ κατακείμενα ἐρείδοι πάντῃ τῆς οἰκίας, ita *Synopf. Basil.* 16. *tit.* 8. *c.* 1. *Harm.* 1. §. 8. *Glossis* κατακείμενα, *strata tecta*: nisi malis *sacra tecta* legere.
36 *L.* 10. *in fin.* ff. *de damn. infect.*
37 Non continuo, qui in alieno ædificat, impensas donare videtur. *l.* 2. *in fin.* §. *eod.*
38 Alias *deposces*, id est, retinebis opposita domino foli rem vindicanti doli mali exceptione, juxta *l. Paulus.* ff. *de dolemalo & metus except.* vel si per servum adquisitos retinere, repetens coram inerti. *l.* 56 *l. & metus except.* vel si per servum adquisitos